



**Questiones spiritualis [con]uiuij delicias preferentes,  
super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis**

**Johannes <de Turrecremata>**

**Lyon, 18. Jan. 1509**

D[omi]nica quinta post trinitate[m].

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70506](#)

Dñica quinta post trinitatē. fo. cclvi.

quando ad actum exteriorem p  
cedit, et tunc est peccatum morta  
le ut dictum est. Judicium autē  
interius pertinet ad iusticiā fīm  
Q comparatur ad exteriū indi  
cūm ut accus interior ad exte  
riōrē, sicut concupiscētia ad for  
nicationē, et ira ad homicidiūz.



**H** DOMI  
nica q̄nta est  
euangeliuz.  
Eū turba ir  
ruerent in ie  
sum zc. Lu.  
quinto. Eīr  
ca quod pos  
sūt hec dispu  
tari. Q Dī  
mo. vtrum ad summum pontifis  
cem pertineat cause maiores in  
ecclesia. Q Secundo, vtrū retia  
predicationis cōueniant alijs pla  
tis ecclie sine auctoritate pape.



**D** prīma  
questiōne sic  
proceditur. et  
videtur q̄ nō  
pertineat ad  
summum pō  
tificem maio  
res cause in  
ecclia. Q Pri  
mo sic correctionem eorum qui  
audire nolunt fratrem corrigen  
tem christus remittit ecclesie.  
Matt. xviii. Si peccauerit in te  
frater tu⁹ zc. dīc. ecclie. s̄z cor  
rectio talium est de maioribus  
causis ergo sequitur q̄ maiores

cause pertineant etiam ecclesie  
catholice. Q Secundo sic aposto  
li alij a christo etiam receperūt

spiritum sanctum cum petro. et  
potestatem remittendi peccata.

Johānis. x. Accipite spiritum  
sanctum quorū remiseritis pec  
cata remittuntur eis, ergo etiam

pertinet iste cause maiores alij  
prelatiſ ecclie q̄ succeedūt apo  
stolis. sicut summo pōtifici qui

succedit petro. Vñ in. c. in nouo  
dis. xxj. scribitur q̄ ceteri aposto  
li cum petro pari cōsortio hono  
rem et potestatē receperūt. Q In

oppositum est euangelium pres  
sens. vbi solo petro dī. Duc in al  
tum. per qd ut dicit glo. Ambro.

et Piero. in. c. Non turbaf. xxvij.  
q. s. Et si alij imperatur ut laxēt  
retia soli petro dī. Duc in altum  
i. in profundum disputationum.

p̄ quod datur intelligi maiores  
causas petro esse amissas. Q Rū  
deo dicendum. q̄ ad summū pō  
tificem pertinet determinatio et  
diffinitio maiorum causarū in  
ecclesia. Ista conclusio colligif.

Tū primo ex illo Exo. xviiij. vbi  
moysi q̄dux et rex iudeoz fuit. si  
cūt papa xpianoz. fīm illō bernā  
di ad Eugenīū. Tū es potestate  
moyses. Deinde legif Esto tu po  
pulo i hisq ad deū grīnet. ut ostē  
das eis ceremonias et ritū colē  
di deū. sicut ergo omnes q̄stidēs  
emergetes de lege et cultu dei re  
seruabāt moysi definiāde. ita  
oīa q̄ sunt fidei xpiane reseruāt  
romano pōtifici determinanda

## Dominica quinta post trinitatem.

et diffiniēda et mandāda teneri  
et obseruari. et ppter hoc vt in  
hoc euāgelio dī. Christus cum  
alijs apostolis imperaret laxa  
rent retia. soli petro inquit. Duc  
in altum. i. in profundū disputatione  
num. vt ait Amb. Secundo hoc  
idez colligit ex illo qd dī. Mat.  
xviij. H̄is soli petro inbet hamo  
piscari. Sup quo beat? Amb. di  
cit et habet in. c. est aliud. xxiiij.  
q. s. Est aliud piscandi gen? quo  
genere solum petrū dominus pi  
scari iubet dices. Witte hamū  
z. vbi glosa inquit. Per hamuz  
intellige iurisdictione qua pe  
trus prefuit alijs. hec ibi. tertio  
colligitur veritas p̄clusionis. qz  
papa solus vocat? est in plenitu  
dine potestatis Alij vero in par  
tem sollicitudinis. vt testaf leo  
papa in capitulo Mulfuz. iii. q.  
vij. et Gregorij in caplo Decre  
to. et Julius papa. in capitulo.  
qui se scit. iiij. q. vij. ergo ad ipsuz  
solum ptinent omnes cause ma  
iores de ecclesia Et multis alijs  
potest colligi prefata p̄clusio. s̄z  
ista sufficient. Q Ad rationes in  
oppositum. Q Ad primam r̄ndet  
negando p̄sequentiam Et aucto  
ritatem respondef sm glo. Chry  
so. qz per ly ecclesie intelligit pre  
latus ecclesie. vii dic ecclesie id  
est. his que p̄sunt. vii papa cū sit  
caput et p̄nceps totū ecclesie.  
sibi maxime conuenit de omni  
bus iudicare. et omnes delinque  
tes corrigere. Unde Pelagius  
in. c. Luncta per mundū. ix. q. iij.

Apostolica sedes de omni eccl  
sia habet fas iudicandi. qz con  
sequens mala quibus homines  
a deo auertunt correctionis di  
sciplina de medio tollere et era  
dicare ut extra de mai. z. ob. e.  
solite. Q Ad secundam respoſet  
qz ratio non pcedit. Et ratio ei.  
qz determinatio causarum per  
tinet ed potestatem iurisdictionis  
in qua p̄fertur omnibus. et  
pote caput totius ecclastici co  
poris. Auctoritas autem illa Jo  
hamis. xx. loquitur de auctorita  
te et potestate ordinis quam pa  
riter apostoli receperunt.



D secunda  
questione si  
pcedit. Et  
detur qz alijs  
lari ecclie ab  
z auctoritate  
pape latere  
possint retia p̄dicationis. Pz  
mo sic. Prelati et episcopi sunt  
successores apostolorum. vt haber  
glosa. Luce. x. Sed apostolus i  
mediate iungit r̄ps predican  
nis officium. dicens. Lazarus re  
tia vestra. ergo episcopi imme  
diatae habent a xp̄o non median  
te papa predicandi auctoritatem.  
Q Secundo sic. Non potest alle  
quis p̄dicare nisi mittatur. dic  
te apostolo ad Roma. x. Quomo  
do p̄dicabunt nisi mittantur. sed  
episcopi in persona apostolorum  
missi sunt ad p̄dicandum a chil  
lo. iuxta illud Marcii vij. Eam

Dñica quinta post trinitatem. fo. cxxvij.

tes in mundum uniuersum pre-  
dicante euangelium omni crea-  
ture. ergo non indigent mitti a  
papa. Tertio sic. Archidiaco-  
nis et presbyteris uenit ex offi-  
cio ipsorum predicare. vt scibit  
dis. xxv. c. Prelatis multo ergo  
fortius alijs ecclesie prelatis su-  
perioribus. In oppositum ar-  
guitur sic. Predicatio pertinet  
ad iurisdictionem. s3 omnis po-  
testas iurisdictionis platorū de-  
pendet a papa. vt in. c. Dñs. dis.  
xit. et. c. sacro sancta. dis. xxii. et.  
xciij. q. j. Loquitur dñs ergo alijs  
plati absq; auctoritate pape la-  
rare retia pdicationis non val-  
lent. Respondeo dicendum q  
nullus inferior papa potest pdic-  
care absq; auctoritate pape. ista  
conclusio pbatur. Potestas que  
data est vni in sua fontali pleni-  
tudine no est in alijs. nisi deriva-  
ta et limitata etiā p illius volu-  
tate et ordinatione. sed potestas  
pascendi doctrina et pdicatione  
christi anum populuz est soli pe-  
tro data. et i eo suis successorib;  
cui cura toti orbis cōmissa est.  
dicente dño. Pasce oves meas.  
Jobis ultimo hoc em teste Chry-  
so. nulli apostolorū dictū est nisi  
petro. ergo quicunq; habet pote-  
statem predicandi habet auctor-  
itatē pape Secundo A quo q  
habet dignitatem episcopalem  
et curam commissam ab eodem  
habet ea que sequuntur dignita-  
tem. sed omnes plati a sede apo-  
stolica sunt instituti a papa voca-

ti in partem sollicitudinis eius  
ergo ab eius auctoritate habent  
q possint predicare et pascere  
plebem. Ad rationes in oppo-  
situm. Ad primam responde-  
tur. negando consequentiam.  
Et ratio est. quia tunc solus chris-  
tus regebat apostolos. nec aliū  
habebant ante se a quo depende-  
rent. vnde ab ipso solo habebant  
auctoritatem. Prelati vero nūc  
habent institutū a christo supra  
se petrum sine successorem eius  
in caput et principē eoru3 a quo  
pendet immediate omnis pote-  
stas eorum. Ad secundam re-  
spondetur. q licet apostoli rece-  
perunt auctoritatem predican-  
di immediae a christo ante passio-  
nem ad predicandū iudeis. mat.  
x. In viaz gentium ne abieritis.  
Euntes predicate dicētes. quia  
appropinquabit regnum celorū  
Matth. iiiij. et Luce. x. Post re-  
surrectionem cum missi sunt. cū  
dictum est eis. Euntes in mun-  
dum uniuersum. predicate euā-  
gelii omni creature. missio ista  
intelligebatur in ordine ramen  
ad petrum quem pastorem et ca-  
put ac principem totius ecclesie  
instituerat. et quem vicarium di-  
mittebat in terris et ita nūc epi-  
scopi mittuntur et assumuntur in  
partē sollicitudinis ab ipso Pe-  
tri successore. Ad tertiam re-  
spondetur. q nec archidiaconi  
nec aliqui presbyteri habent pre-  
dicandi auctoritatem. nisi au-  
ctoritate pape eis concessa.